



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

87. Benignè nostri à Rege habentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

dumtaxat ne Rhodium , illue remitteret , ob multas planè falsas quas proferebat rationes , aliquas fortassis , non æquè ab recto alienas. Designatur illuc Antonius Pontes , & Gaspar Amaralius ; cum Antonio Cardino , transiitrum quamprimum , ad illuminandum Christi luce Laiotum Regnum , quod consilium postea processu caruit. Februarij octauo decimo anni 1631. Macao cum soluisse dierum septendecim turbulentissima nauigatione Tunchinum attrigere , incredibili quidem Christianorum gratulatione ; sed sua haud paulò maiori , cum ius ipsi spectarent oculis , quibus extrema timuerant salutis pericula , audios in duplum numero , feroore , & æternorum studio Christianos , quod iure inuenient Rhodij attribuendum est , qui tres , vt diximus , insignes Catechistas curæ illius Christianitatis voto obstrinxerat : quanquam si res inspiciatur penitus , illæ ad Christum vbiique tām facilcs , & numerosæ accessiones ortum habuere , ex peculiari diuini spiritus impulsu vniuersum id regnum extraordinaria vi tām efficaciter agitant , vt emersi modo è sacris fontibus seu viri seu feminæ , statim profiliunt , & quæ norant de Christo prædicarent , suaderentque quā plurimis possent : itaque pro quinques mille sexcentis duobus Christianis quos illinc discedens reliquerat Rhodius , octies mille nongentos quadraginta duos Amaralius veniens numerauit , in quibus permulti armis , literis , & nobilitate valde conspicui. Magdalena Regis defuncti vi-
dūa ; Catharina eiusdem filia ; Regnantis gener Ignatius , cum Iosepho patente , septuaginta pagorum Præfecto , nec dissimili splendore alijs . Post Deum tamen Riccij Catechismus conuersiones has mirificè promovit , cum Mandarinorum Sinenium munitus proœmis , admira-
tione ac laudibus , maximè verò argumentis ex naturæ depropria iudicio , censeretur passim indubitate veritatis : eam ob rem , & typis de-
nuo subiectus , & brevior alius Patre Soorio auctore.

^{37.}
Benignè no-
sti à Rege
habentur.

Tunchinensis Ecclesiæ tām propitium serenum efficit vt Patres Regem confidentiis adirent , ibat tunc omni ordinum omnium splendidius maiestate , vt Literatorum aedesst Examini , & comitabantur procedentem , homindm circiter millia tringinta ; conspectis qui occurrerant Patribus frontem ad eos explicuit verbisque , ac vultu hilaris , eorum audiuit salutationem ; post inter eundum , cum iis paululum collocatus , tres illis mandauit dari equos insignes , quibus sequerentur. Individuo accessitos , trahentesque familiariter in via sermonem , interrogavit abruptè , latin' ij libenter suo in regno essent , nec expedito responso ego quoque , subiecit , in eo libenter vos video. Sitque hucus mei erga vos animi si quætitis pignus , quod amplam vobis facio po- testatem Christianam legem promulgandi , & meis populis eam am- plectendi ; dumtaxat Deorum nostrorum statuas ne iniuria lœdant , si minus quod iis inesse diuinum nihil autem , saltrem ne mihi dispi- ceant. Sub hæc iterum de Rhodio , & Marchesio exilibus : postque ritus solennes agendarum Regi gratiarum à Patribus editos , fore vltro promisit.

promisit, ut templum iis & domum extrueret, (quod ei postea excidit) demum illos ab se comiter dimitens cœli, ait & terræ Dominum rogate, ut vitam mihi, & valetudinem, populo meo messes præstet vberimas. Et horariam machinam rotis fabrè aptam, dono ab iis accepit cuius occasione deinceps crebriùs in palatium sunt vocati: Degebant interea iussu Regis apud Mandarinum illius generum, qui ob suam in omnes & vxoris beneficam indolem, toti aulæ in delitiis erat; illic statim sacellum decenter componere, sacra tabula decorare, haud quidem per se, sed pro spectantium oculis eleganti, & insinuare sensim mysteria tabulæ, & præcipua dogmata salutis Christianæ quibus Principis vxor, ingens breui concepit, suæ ignorantiae odium, & Bonziorum à quibus decepta fuerat. Tempus aliquod in sacello cum honoriis pueris trahebat quotidiè ad pedes Salvatoris, recitandis quas iam optimè tenebat precibus, & hauriendis audiè de Deo & æternis quæ proponebantur. Quibus tandem effectum ut fateretur Patribus se esse Christianam, Regis tamen parentis metu, à quo teneriter grandi suo malo amabatur à luscipiendo baptismo arceri. Christiani verò reliqui quorum bonam partem ab accessu Patrum excludebat palatij dignitas, contributione liberali domum iis extruere volebant; sed non placuit Patribus grauare illorum paupertatem, aut significare dissidentiam promissi quod de ædificanda nobis æde sacra Rex identidem iterabat. Interpretatus ergo cum Principe coniuge Mandarinus, aut promissa illa, pulchra verba esse, aut fortè verius argumenta nostra parum adhuc in regno solidæ stationis, ut cui nec locus, nec soli palmus attribueretur, domum nobis ad latus sui palatij posuerunt. Non sunt vñ Patres totà illorum munificentia, sed eo solum quod non abhorrebat ab religiosa pauperitate, præferebaturque semper expectationem promissi Regij de quo nefas erat vñlam præferre dubitationem. Paucis diebus constitit fabrica ex connexis inter se cannis, insertis que in tudes è sylua tristes, & opertis palea tegulati. Agitant ad illam milites iussu Mandarinini nocturnas excubias, quot enim illi interdiu opifices, totidem noctu fures, qui eam alioqui nullo negotio expilassent. Augusti vice-simo quarto pars eius sacris dicata est, sacrificij diuini oblatione sumpmæ pia, sed minimè strepera, ne qua Regem nobis perpetuò intentum, finistra in nos moueret suspicio. Necessaria plane cautione. Paulò enim quam nauis Lusitanæ accingeretur ad redditum, ecce tibi abeo Eunuchus, indicens Patribus vt nauis eadem repeterent Macaum quod motum consilio dicitur impiissimi cuiusdam ipsius generi, & indignatione aduersus Lusitanos, à quibus in Regem Cocincinæ negata sibi auxilia dolebat quæ Regi Sinarum contra Tartarum præbuissent. Egere Patres apud eum causam, vocatos venisse, sedem in regno non fixisse nisi ultro delatam; Christianismi promulgandi facultate vñlos quam liberaliter ab eo nuper acceperant, denique infidum ad datæ fidei reuocauere memoriam; vñi primū, deinde alteri mansionem in regno annuit,

Tum eliciuntur.